



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

S. Mariae ad Martyres monasterium, apud vrbem Treuerensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

Ex quibus verbis patet in Hunonis curia Canonicos aliquandiu resedisse: quibus amotis Benedictini demum successerunt, qui hodieq; locum istum possident.

De SS. Pollina & Valeria virginibus, itemq; S. Liefardo, quorum reliquiæ hîc olim quieuerunt, vide Molanum in Natalibus Sanctorum Belgij.

CAPVT XXXII.

S. Maria ad Martyres monasterium, apud urbem Treuerensem.

Habet id nomen à SS. Martyribus Thebæis, eò loci anno 291. trucidatis, fuitque olim Regum Gallix palatium, quòd in basilicam Deiparæ conuersum est anno circiter 380. à Felice Treuerensi Episcopo. Idem postea conuersum est in monasterium anno circiter 674. à S. VVilibrordo Vltraiectensi Archiepiscopo Gallix Belgicæ Apostolo. In hoc monasterio adseruatur altare portatile S. VVilibrordi quod vir Dei circumferre solitum est, cùm Batauiam ac Frisiam, Euangelium prædicans peragret. Monasterium istud à Normannis anno circiter 696. vastatum, Theodericus & Egbertus Archiepiscopi Treuerenses instaurarunt. Ita ferè Bruschius.

694.